

# Franciſci Decij Colloqutum cui titulus Paeda pechthia.

Anno.

M.D.XXXVI.

FA.134.025

# Epiſtola.

## ¶ Clariſſimo aduleſcenti. D. Henrico a Borgia Monteſij ordinis Commendatario maximo, Franciſcus Decius. S.

Luſeram raptim colloquiũ, magis vt iuuẽtutem in ipſo ſtudiorum exordio incenderem, q̃ vt vllã inde vel laudis, vel commodi predã ſperarem. Ita enim ab horreo ab hacre, vt quae domi eſſe mea dicuntur, libens eiectem, adeo nõ alienum traham, & in eiuſmodi venatione temporis quicq̃ cõſumam. cum ecce caepere quidam pertinacius cõtendere vt aederetur. Reſtiti primum diligenter, pro eo ac rei indignitas poſtulabat, verũ cum magis ac magis inſtarẽt, non potui non abire in eorũ praeces, qui etiam ſolo nutu cogere me ad id poterant, quod rogabãt. Caeterũ cum detractorum tela formidarem, viſum eſt non inerme illud, ſed clariſſimi parentis tui armis munitũ dimittere. Cuius certe clypeo tegere, ſe tutius multo poterit, q̃ olim Aiacis frater apud Troiam ſolebat. Interim vero tuae humanitatis erit perlegere quicquid id eſt, et quando ſic re eorum partes ſtudendo tueris, qui ꝓ literis praeliantur: pulchrum quoq; iudicabitur, ſi eis legendo verbo faueas, qui idem tecum ſentiunt, vt videamus tuo iuditio quid recte, quid ve improbe, aut dici pro his poſſit, aut pro illis contra in diuerſum adduci. Bene vale.

# Illuſtriſſimo Gandiae Duci D. Joanni a Borgia Mecaenati ſuo Franciſcus Decius. S. D.

Scripſeram đ more colloquiū vt Lucalibus proximis ageretur, cum ecce vnus et alter vixdum eo perlecto, caepere iam mecum agere, vt Typis euulgarem. Aiebant enim facturum me operae precium, ſi rem opinione multorum aduerſus literas ſtātem, aeditionis ariete ſubuerterem. Siquidem plures Valentiae ſunt, qui patricios adoleſcentes obtorpeſcere literis contendant, et quaſi ſolem illum natalium hac nube obſcurari. Negaui primum acriter. Partim quod tenuitatis meae conſcius, nil dignū lectione facturum me eſſe videbā. Partim qđ ſcripſeram in hoc, vt ſtertentem ocio iuuentutem in ipſo ſtudiorum initio excitarē, quiduis aliud ꝙ typos ſpectans. Quam rem cum ſtatim ab ipſo principio intuerer, nihilo felicius colloquium ſucceſſerat, vt cui modicum curae impenſum foret. Praeſertim in tātis occupationibus, vt etiam interdum naturā iure ſuo coactus ſim defraudare. Coeterum cum illi magis inſtarent: et multa praeter opinionem pollicerentur, caepi attentius audire. Sed ita tamen, vt ſenſim in eorū animos illapſus ſim, et explorarim, vt ſolent, qui hoſtiles regiones primum inuadunt. Non quod mihi ti-

merē a malo dolo, nā hunc hominū cādor nō admitte
bat, ſed verebar ne amicorū amor parū honori meo ꝓ
uideret, quem aiunt eſſe caecum Quare caepi valen
tiꝰ obluctari. Illi cōtra ꝑmere, vrgere, inſtare. Quid
multa? do manꝰ. Fregerāt ſiqdē quae oppoſuerā, ac
multa q̄ collegerā, diſſipauerāt. Quapꝓpter cū impiū
iam admitterē euulgādi, ecce victo cōtrouerſia noua
ſuborta, cui vlmo tenellū exiguūq; germē alligarē, cu
iꝰ beneficio tū in altū ſurgeret, tū obdureſceret aduer
ſus omnē inuidiae reflatū. Hic, ſatis ſcio, victor euaſi
in te diligendo. Nam quem ego peraeque adire po-
tui, q̄ futili rei ac cōtemnēdae, gratiae aeſtimationiſq;
preciū adderet? Multis ex partibꝰ nomē tuū quadra
bat. Primū principis in hoc regno viri, deinde gratioſi
ſſimi, praeterea humani, adde qđ argumēti ratio po-
ſtulabat doctiſſimi, nil dico q̄ ꝓbi, in ſumma talis, qua
lē, ſi te praetereo, inueniā neminē. Quocirca cū tot ſi
mul hortarent̄, quaſi in re apta nulla ſubijt dubitatio,
ſed cōtinuo pennā arripio, ac qualecūq; hoc opus, ad
dico hūanitati tuae. Hactenꝰ vt vides, nil memini eo
rū, q̄ me noīe meo inſtigarit. Immoratꝰ dūtaxat ſum
ijs cōmemorādis, q̄ mihi viſa ſunt ď dignitate tua cō
uenire, vt videri poſſim vtilitatis meae, q̄ officij ſtu-
dioſior. Caeterū multa quoq; ſunt, imprimis ratio de
biti ⁊ affectus in te mei. Nā qđ narrē obſeruātiā, cliē
telā ius patriae, tum alia mille pluſq̄ vrgētia, pluſq̄
rapiētia? Ego vero ſi cui in hoc orbe ďbeo, tibi certe de
beo, cui mei oēs tantope debent. Quāobrē cū pateret
via, qua ꝑuenire eo poſſem, vt ingratus nō eſſem, cō-
mittere ďbui, ne aggrederet? Dij meliora princeps hūa
niſſime. Porro colloquij huiꝰ argumētū niſi me fallit

# Colloquium
# Paedapechthia

**Antonius. Beraldus**

Verū iſtud eſt, quod ais de Caeſare. B. ve
riſſimum. A. Ingentem moliebatur exer
citum. B. Maxime. A. Et in Turcam. B.
Non dubium. A. O vtinam pereat mon
ſtrum illud, quod ita chriſtianiſſimum va
ſtat. B. Periret ꝓculdubio, niſi proſiliiſſet quidam in
medium, qui interturbat omnia. A. Quis iſte eſt Da
uus tam impius? B. Quis niſi Gallus ille importun⁹
A. Etiā is iterum? B. Iterum ac millies chriſtianā vi
ciniam ſuo cantu moleſtat. A. Non olim implumis pe
ne ac lacer, penas dedit interpellationis? B. Dedit, ſed
modo rediuiuus recātat in Caeſarem. A. Palinodiā
fortaſſe. B. Iſtud ipſum. A. Vtinam iſti criſtae ſucci-
dātur, & amputetur lingua. B. Imo collū, nam eo vi
uo nulla erit quies mortalibus aegris. A. Atqui pro-
digii vice eſt, qđ nūc canat. B. Qui ſic? A. Quia Gal
lus victus, ſi Plinio credim⁹, ſilēs occultatur, & olim
Beotiis praeſagiuit victoriā, quoniā ſupata ales, nō
caneret. B. Mutauit hic naturā in cātu, caetera vero
gallus eſt, nam et ſomnum gallicinio ſuo rūpit Caeſa
ri, & quarta caſtrenſiq; vigilia ad curas et laborē ſuos
reuocat. A. quam bene eſſet eius gallinis ſi illum ro-
ſtris a ſuo caetu expellerent. Profitetur ſe earū defen
ſorē, cum nihil eſſe poſſit illis pernicioſi⁹ B. Phi. qui
ſuo cantu prouocat in gallinas: vulpes, ac miluos. A.
Imo leones, et aquilas. Ecquid cenſes ne tu eum re-
gē? B. Mihi certe tyrānus eſt Phalaride crudelior.
Nā ille vix dū mille homines interemit ꝺcerſo, hic vna

hora totas dcē myriades exponit. A. Recte ſentis, caeterū non icerat faedus cū Caeſare? B. Faedus inqs? Plus milles, ac nūc tandē manumiſſus ab eo, praeter libertatem, inſigne mun⁹ in domū ſuā reportauit. A. Mun⁹? B. & quidē ampliſſimū. A. Expone? B. Caeſaris ſororē. A. Victor ergo rediit ūtis ſpolijs, cū veniſſet victus. B. Quidni? A. O inſigne Caeſareae benignitatis exēplū. qui ergo nūc poteſt tam munificū patronū obliuiſci, vt in eū recinat? B. Ah facile, laborat enim gallus, vt noſti, memoria: ac ſe vbi cecinit, id egiſſe obliuiſcitur. A. Inde ergo eſt quod toties cantat ac recantat. B. Tenes. A. Aliquando diſcet meminiſſe ꝑpetuo. Verū non poteſt vllis cōditionibus retineri in faedere? B. Ne aeqſſimis quidem. A. Quid obſtat? B. Galli natura. A. Nō intelligo. B. Solet hoc aniāl ſemper imperitare, & in quacūqz ſit domo regnū exercere, tum dolēt illi Caeſarei faices. A. Ha teneo. manet alta mēte repoſtū iudicium Germanie ſpretiqz iniuria regis. B. Scilicet hīc illae lachrymae. expectabātur omnia matrimonij vinculo conſtantiora, at nod⁹ iterū ſolut⁹ eſt. A. Anguila iſta, vt video, ficulno folio non tenetur. B. Legiſti apđ Pliniū quoſdā ex gallis ad praelia tātū aſſidua naſci, neqz gallinas interim curare? A. Video legiſſe. B. De hoꝝ ergo genere eſt Frāciſcus, nam is dum bellū gerat, ſuoꝝ incōmoda ac totius chriſtianiſmi, cui⁹ eſſe poteſt nō exigu⁹ patronus, nihili pēdit. Quare ductus ingenij vitio, Carolo nūc negotiū faceſſit, cū ille expeditionē pararet in Turcā. A. Nō bene iſtud ſonat, negotiū faceſſit Carolo, cū ille expeditionē pararet in turcā, neſcio qđ hic latet mōſtri. ſed qu[illegible] pſo[illegible]ā induxit, vt hāc ageret tragediā? B. Nil illi p[illegible]a opus? A. Quare? B. Quia aſſueuit plu

amor operis, ciuitati noſtrae aptiſſimum eſſe. Uideba
tur, adeo multi ſunt, qui in ea haereſi obdormiunt,
vt ſenatorium ordinem obturpeſcere literis aſſeuerēt.
Ferendi ſi ſic in ſanirent, et non amplius delirarent, dū
ſphaeriſteria, potatiōes, venerem, aleam, deniq3 vi-
ciorum ſentinam omnem probant, prae qua Muſae
cum ſuis hortulis et nemorib9 turpiter illis olent. Ho
rum ergo ineptiae prudentia tua illudet, qui filios bo
nis literis inſtituendos curas, adhibito in eam rē pro-
feſſore non vno quouis, ſed ex ipſo doctiſſimorum or-
dine ſellecto. Atq3 huic tu tam chara pignora ita per
mittis arbitrio eius tractanda, vt ius paternum tran
ſcripſeris in praeceptorem, dummodo recte formen-
tur, commode inſtituantur, honeſte adoleſcant. Haec
ſi Heroes factitant, quid mihi ignobiliores quidam
oblocuntur? Si tot ſapientes viri, quid vnus et alter
ſtolidorum obganiunt? Deniq3 ſi tu Princeps tot ti-
tulis clariſſime, repugnantem ne alium audiemus?
Faceſſat itaq3 eiuſmodi hominum ac non hominum
ſed brutorum iudicium, rideatur in ſania, qui pluris
ſtemmata in viro faciunt, q̄ virtutem. Qui id aiunt
conuenire equiti, qđ negant homini, quaſi equeſtris
dignitas cum hominis natura ſtare non poſſit, et ſit
praeclara res equitem neſcire, cum confiteri cogantur
egregiam, ſcire mortalem. Huiuſmodi cantilenas ob-
garriunt, qui in ſenatu et comitijs praecipuas ſedes
occupant. Sic ſomniant, quorum vigilantia ſaepe lau
datur, adeo mania haec Hiſpanorū multos ſolet agi
tare. Sed finiēdum eſt. Boni itaq3 conſulat humani
tas tua audaciam hanc meā, qui rem exiguā tuo tāto
nomine fultam, in vulgū demus, ac dū nobis adeſſe

ſtudemus dignitati tuae defuerimus. Liceat nobis, quod opificibus, qui penſilia principum virorum in ſignia pro foribus oſtentant, vt ea eſca emptorem inuitent, et qualiacũq; opera ſua, vendibi liora tamen faciant. Bene ac diu vale regni huius ampliſſimum orna mentum, ex ludo noſtro literario. Cal. Octob.

determinat ſibi ſpatiũ, nec in primo pdatur: ita Caeſar orietẽ verſus pperabat, niſi a Gallo impediretur, nã q̃ finitima ſunt aquilae non infeſtãt. A. Ut cachoetes hoc inſanabile eſt, nec põt nõ pus egerere. B. Extremũ eſt remediũ, vt praecidatur, qd nocet cõtagio, praeſertim cũ ne hactenus cauterijs toties inuſtis, curari potuerit. A. Sed veniam⁹ ad haec recẽtiora, quatenus hac aeſtate profectũ eſt in Gallũ: B. Admodũ ſane. Nam primo coactus eſt deſſerere, quod occuparat, quae res huius belli fuit incẽdiũ, ac deinde turpiter ſe in gallinariũ recepit dſtitutis gallinis, quae qd hinc inde ab exteris gentibus diſcerperẽtur, gracillabant. A. Iſte ſunt gallorũ vires. Primũ impetũ plus q̃ virilẽ habent, vt ait Liuius, ac facile feroces nationes proculcãt, verũ ſi pertinaces aduerſarios experiãtur, ita ſtatim animũ deſpõdent, vt a mulierculis inermibus armati iugulentur. Sed quid fuit in cauſa qd in arenã ab vtroqz exercitu non eſt deſcenſum: B. Illorũ imbecillitas, ac virtus noſtrorũ. Oportuit enim aut hos Hiſpanos nõ fuiſſe, aut illos non Gallos, vt iſtud eueniret, nam difficile cum canib⁹ lepores certẽt. Itaqz illi fugiendo, hi inſequendo, vſqz ambo defeſſi ſunt. Nũc interſpirandi locũ hyems dedit, donec iterũ ille excitetur ad fugã. A. Qua ratione putas poſſe Deum pacem cõponere: B. Poteſt ille infinitis, qui infinit⁹ eſt, ſed ego homuncio dabo meo modulo meã, ac fortaſſe non abſurdã. A. Age dicito. B. Si Gallorũ vineta grandine pcuteret, nam vino ſublato Galli nõ pugnant. A. Non eſſet ſatius inferre peſtem: B. Imo nulla illis peſtis atrocior eſt, q̃ vini deffectus, qui ſi idẽtidem contingeret, ne nomen quidẽ in orbe ſupereſſet Gallorũ. A. Ecquid tãta nũc apud illos vini copia eſt:

B. Imo penuria ſumma laborant, adeo hac aeſtate
dolia exaruerũt, ⁊ ad ipãs vſqꝫ feces bibẽdo pũetũ eſt.
A. q̃d ergo reſtat quominꝰ pacis elogiũ canamꝰ? B.
Quid? ne ſequẽs annus vini afferat vbertatẽ, nã ſi ſe
mel meliora tẽpora nanciſcantur, pacta cõtinuo ꝺ mo
re reſcindẽt. A. Dignũ profecto faedus eſſet, quod vi-
no inter tales ſcriberetur. Caeterũ pro certo ais, ſupe
rãdos facile eſſe Gallos, ſi vino deſtituãtur? B. Quid
ni? hoc ictu cadent, qui fortiſſimi ſunt, nec alij arie-
tes euertendis eorum muris validiores inueniuntur.
A. Quid ſi non deſtituantur? B. Primũ non erit trã
quilitatis ſpes, deinde cadent quoqꝫ, ſed difficilius.
A. Peribũt ergo vt video, niſi ſic pereant. B. Nõ du-
bium. A. Mira profecto narraſti, de huius animalis
natura. Mihi ſubinde contigit gallũ lapide ferire, dũ
ludebam ex more apud ſcholas, ſed occumbẽti aquam
per aures infundebã, vt reuiuiſceret. B. Citius reui-
xiſſet ſi eſſet vinum, nam hoc pharmaco vel abeuntes
gallorꝝ animae in vitam reuocantur. audiſti ne tamen
nouiſſimũ illud ꝺ praeda gallorꝝ et Turcarꝝ? A. Quid
iſtud ẽ mõſtri? B. Vtriqꝫ mare noſtrũ infeſtãt, ac nũc
demum impetu facto in vnã e Balearibꝰ inſulis, chri
ſtianorum multos in naues ſuas egerunt. B. Sic chri
ſtianiſſimi iſti Chriſti ſui gregem diminuunt? A. Imo
nihil hoc eſt, reliquũ vide in diuiſione praedarꝝ ſibi ve
ſtes et aurum eligunt chriſtiani illi, infantes vero, ac
mulierculas turcis relinquunt. B. O facinus impium.
Qua ratione hoc faciũt? A. Qua niſi vt ab renunciẽt
Chriſto, et ad Machometũ deficiant, ne quid interim
dicam de ſtupris et inceſtibus. Sed omittamus haec,
nam pudet iã talia de chriſtianis referre. Quid tu hic
negotij ſolus? A. Cum libro paululum colloquebar.

rimũ hmõi ſcaenis, quo circa ſuſtinebit iã q̃duis tale, ſine tegumẽto. A. At vo nõ timuit ne exploderet a plebe? B. Nõ, nã vt iſti ſatiſfaceret, intẽtauit bellũ in Caroli affinẽ ac ſpoliauit regno. A. Caeſaris leuirũ? B. Jmo ſuũ ipſiꝰ auũculũ. A. o tyrãnũ infideliſſimũ, B. q̃d ais? regẽ dicturꝰ chriſtianiſſimũ, nã ita ſolet appellari. A. Qui ſoleat, ipſe viderit: q̃ debeat, nos videmꝰ. quo titulo bellũ infert? B. praetexit neſcio q̃d ſuae p̄fidiae, ſed mera eſt calũnia. A. Põtifex nõ poteſt mederi iſti morbo? B. Jã is aebegit Gallũ clamore, ſed nihil agit A. quin ferit fulmine, ſi expit̃ parũ morigerũ? B. hic ſibi mire Frãciſcꝰ pſpicit, nã p ſcripta ac legatos pfitetur ſe nil magis cupe q̃ pacẽ, ac velle eius dicto audiẽtẽ eſſe. A. Quid igit̃ reſtat: quo minꝰ vere fiãt nuptiae? B. Obijcit innumera, cauſatur nũq̃ decidẽda, ſic dũ lis pẽdet, ⁊ in dubio eſt, incrudeſcit bellũ. A. Callide. B Ac fortaſſe nimis calide, nã quãtũ audio ꝓpemodũ iã premit̃ aq̃lae vnguibꝰ. Quapꝓpter dubiũ nõ ẽ quin diſcerpat̃, nã iã nõ d̄ plumis agit̃, ſed d̄ cute. A. Nũq̃ vidi cõcertationẽ iniquorẽ: gallꝰ inſurgit in aq̃lã? B. Nil mirũ ſcarabei exẽplo. adde q̃d vterq̃ habet ſua arma A. Scilicet ille linguã ⁊ ſtrepitũ, haec roſtrũ ⁊ vngues. B. Jmo tela habẽt galli agnata. A. Habẽt, ſed cruribꝰ ꝑpoſtera, aq̃lae vo manibꝰ, ac frõti. B. Vaeh interim gallinis, q̃ nõ ſolũ oua ſua, ſed vitã inſumũt in militiã A. Jmo vaeh illi, p quẽ ſcãdala iſta fiũt, bonũ eſſet, ſi homo natus nõ eſſet. Cõfluũt ne multi in bellũ ab impatore? B. Oẽs fere, Jtali Germani, Hiſpani, Vngari, Angli, Boemi. Scoti. A. Qui ergo Gallo ſuvant, ſi iſtos aſcribis Caeſari? B. ex chriſtiãis admodũ pauci. A. ex q̃bꝰ igit̃? B. ex turcis. A. an infideles accerſunt̃ in huiꝰ belli cõſortiũ? B. q̃dni? gallo parum viſum eſt

ſuo cantu Caeſarē interpellare, niſi etiam Turcā exci‑
taret in nos. A. Iſtos apros immittit in vineam domi
ni, ꝛ vult apellari Chriſtianiſſimus? B. Ut vides. A.
Ego aptius deſignarē hominem epitheto. B. Loq̄re.
A. Turciſſimus. B. Nō diſplicet onomatopoeia, ſed
mitius erit, ſi propio gētis nomine Gallū appelles, cū
tot philoſophi ſcribant de huius animalis natura, q̄
Frāciſco admodū cōueniunt. A. Quae. B. Animi ela
tionem, virium infirmitatem, cantus moleſtiā, proni‑
tatē inpugnā, memoriae vitium, importunā interpel
lationē. A. Etiam ne amplius? B. Imo ſupereſt potiſ
ſimum. A. Quid? B. Gallinae nomen, quod eius ſub
ditis belle quadrat, ac militum robori. A. Ha. ho. he:
pulchrā metaphoram, nō ſi Adamus eſſes, ſignificā
tius vtriuſq; rei naturam, vocibus exprimeres: regis,
ac militū. Illū ergo appellas Gallum, ꝛ hos gallinas
B. Iure, nam id me docuit experientia, vt gallinas
eſſe credā, quae Gallo ſubijciūtur. A. Caeterū ſciſne il
lud verū de Turcis? B. Veriſſimū. A. Quo argumen
to? B. Apodixis eſt, nam ꝺ prehēſae ſunt ſaepe literae,
quas Gallus mittebat ad Turcā de foedere, ꝛ ſubſidio
A. O ſcelus impiū. Quid ergo iam impedit, quo min⁹
prodeat Antechriſtus? ꝛ arbitraris ratione vlla bel‑
lū poſſe extingui? B. Nulla, niſi deturbetur ille e ſolio
ſuo. A. Quid ſi ei Mediolanū Caeſar largiatur, nam
hoc munus ſolicitauit ſaepe hominē, nonne finis eſſet
malorū? B. Imo vere tunc igni fomenta adderet, qui
bus flama alatur, ꝛ conualeſcat. nam continuo qui ho
minis anim⁹ eſt, Liguriā incenderet, ac totam deinde
Italiā. Nouit Caeſar Frāciſci naturā, alioqui, quae
eius eſt benignitas, plura ſpōte cōcederet de iure ſuo
paci chriſtiano‑ Non vides aquilae ingeniū, quae de

B. Abeat iſte, quo dignuꝰ eſt. A. Quo? B. Ad ſapona
riũ. niſi ſit meliꝰ, in ſtabulo ſepelire: aut ĩ cloaca. A. bo
na verba. B. Quidni, qui cruciat mentẽ, ⁊ ingeniũ he
betat? ſatius eſt hoc tẽpore agere cum piſcibus, dum
feruet canicula. A. Tibi ita videtur, mihi omni tẽpore
gratũ eſt, qđ animũ reficit: ⁊ corpori non officit. Sed
quid hoc eſt quod ita raro in gymnaſio nr̃o ſalutaris?
B. Alia ſunt gymnaſia, quae equites magis decẽt. A.
Alia? Quae nam obſecro? B. Luſoria. A. Speraui
profecto, vt diceres meretricia. B. Imo iſta ipſa, ſi pla
cet, non dubitem literario veſtro anteponere. A. No-
ui iam audaciã hic tuã. ſed illud api, q̇d ibi docemini?
B. quid? vrbanitatẽ, ſermonẽ, dicteria, comitatẽ, prõ
ptitudinẽ, tum alia plura equeſtris ordinis ornamen-
ta. A. Et ita nõ felicius traderẽt literae? B. Imo iſtis
plures obtorpeſcunt: vt cũ veniant in cõfabulationẽ,
ridiculi paſſim deprehẽdantur. A. Olim Romani illi
ingenui non fuere ſimul ⁊ literati? B. Verũ, ſed muta
ta iã eſt ſcaena mortaliũ, aliud poſtulãt nũc theatra, ex
hibilatur eques eruditus, admititur indoctus: placet
facetus, ſeuerus diſplicet: deniq; ſeruiendum eſt tem-
pori, ac loco. A. Ignaros eſſe oportet ſpectatores in
tali comoedia. Verũ quis leges iſtas tam iniquas Va
lẽtiae ſanxit, quã do mẽtione đ loco feciſti? B. Mos. A
Si ergo iſte praeſcriberet turpiſſima, obedires ne? B
Quidni? Qđ more fit, iure fit. A. Sed iſtud ius nõ vi
de: ſummã eſſe iniuriã, q̃ tyrãnũ habet autorẽ? B. meũ
nõ eſt id expẽdere, malo equidẽ via publica errare, q̃
ſolꝰ recta ꝑuenire. A. Plebeiã ꝓfers ſentẽtiã, cũ ſis pa
triciꝰ, ⁊ tua iſta ſchola dignã. B. Age q̇d nobis literis
opꝰ? quaſi hoc viatico vitã alamꝰ. ſunt mihi foris red
ditꝰ ingẽtes: domi, ampla ſuppellex nõ ad ſuggeſtum

ſpiro, nõ anhelo ad leges, non q̃ro Aeſculapiũ, denicz nil deſidero, quod non habeã: ac nil habeo, quod deſiderẽ. A. Jmo nil habes o bone, ſi literas nõ habes: ac ſi hoc vnũ habes, omnia habes. B. Age argutule, quid ego nunc habeo literarũ? A. Nil dijs gatia. B. Quid bonorũ? A. Tantundẽ. B. ſtolide non ego q̃ domi mea ſunt habeo? A. Non. B. Et tu quod tuũ eſt habes? A. Habeo, ſi literas habeo. B. At ego ⁊ te non habeo, ⁊ quae domi habeo, habeo. A. Uide, cum vera rei poſſeſſio a recto animi imperio procedat, ſolus poſſidebit qui doctus ſit: nam doctrina diſcim⁹, quo pacto recte imperare, ⁊ quae penes nos ſunt diſtribuere poſſim⁹: quare merito ego ignarum dixi nõ habere, q̃ habeat. B. Cuius ergo illa ſunt? A. Sapientis. B. Alienũ igitur retinet? A. propemodũ. B. Fur ergo? A. Quidni? B. Agito ergo indoctũ diuitẽ furti. A. Agerẽ, ſi tribunal dignũ eſſet. Sed ego ne quid erres, nõ intelligo poceſſionẽ, qualem humanae leges praeſcribũt, alioq̃ ridiculus ſim: verũ qualis e ſacris literis elici ſaepe poteſt. Attamen quando me ſemel vocaſti in q̃ſtionem, defende ſi potes, quod aſſeuerabas, literas equitem nõ decere. B. Quidni iſtud defendã, qui probabo etiam corpus ſimul et animũ violari literis, ac dehoneſtari? A. magnifice polliceris. B. Jmo praeſtabo magnificẽtius. A. Aggredere. B. Nõ diſplicet. Primũ vt a corporis incõmodis incipiã, non vides hominẽ aſſidua lectione incuruari, quẽ tamẽ deus rectũ fecerat ad ſui imaginem? A. Jngens ſcilicet dãnum, ſed obſecro bone vir, ſi eſſent tibi triginta pondo plũbi, cõmutares libenter auro? B. Aſinus eſſem, ſi id non facerẽ, etiam libentiſſime. A. Appellares ne iacturã, quod minor eſſes fact⁹ plũbo? B. Jmo lucrũ haereret animo, quod

iſtis aulicis quas praeſcribitis, vt parere difficile non eſt, ita qui non admodum ſatiſfecerit, iniuria contemnetur. Praeſertim quod equitem multi non probat, niſi idem ſit paraſitaſter, ac ſapientiam volunt ſcurrilitati poſtponi. B. Imo queadmodū incruſtura natiuae marmoris gratiae detrahit, ac ceruſa bonas formas deuenuſtat, ita literae equitē non ornant, ſed faedant. Plebeiis vero iſtae ſint, quibus ſumptus ſuggerant, et viaticum. Nos qui opibus nō indigemus, frequentemus aulas, adeamus militiam, confabulemur, potemus, deniq; omnia citius, q̃ ſtudeam⁹. Nā vt is qui recte abulare viribus ſuis poteſt, fulcimentū manibus non geſtat: ita qui pecuniis abundat, literarum baculo non indiget. A. Iſta ſimilitudine euiciſti propemodum, diuiti animum non eſſe. B. Qui ſic? A Quia ſi diuiti literae opus non ſunt, quod aliūde habeat, quo corpus alat erit igitur is inanimis: vt qui mētis quae nulla eſt, nullam quoq; habeat rationem. Caeterum niſi colligo tribus verbis neceſſarias eſſe literas, herbam porrigam. B. Placet ſciſcitare, vt velis. A. Primum reſpublica mundana legibus cōſtat nōne? B. Fateor. A. Leges vero ratione. B. Maxime. A. Ratio literis. B. Nil nego. A. Literae ergo neceſſariae. haeres? fatendum hoc eſt aut illorum aliquid negandum. B. Malum ſit iſtis ambagibus quae me in caſſes induxerunt. Sed non iterum capiar: nam video, quid temere praetermiſerim. A. Centies idem cōtinget. iterum reſponde: aut corpori ſolum officiunt literae, et proſunt animo: aut animo ſolum, et proſunt corpori: aut vtriq; proſunt: vtriq; officiūt: aut neutri, neq; proſunt: neq; officiunt. B. O Chryſippea retia. A. Primum inutile nō eſt, quod prodeſt animo. dein-

de animo non obeſt, per quod animus diſcit, ne cui ob
ſit. Tum vtriq; neq; prodeſſe, neq; officere, ridicu
lum. Vtriq; vero nociuum, non dicēdum. ſupereſt igi
tur, vt proſit vtriq;. B. Aedipū quaere, qui iſta inter
pretetur. ego qui Dauus ſum, craſſiora volo. A. Non
iſthac elabere, reſponde iterum. Literis diſcimus quo
pacto damna caueamus, non ergo officiunt, niſi iam
damnum ſit, damnum vitare. Quid ais? B. Haereo.
A. Tum ſic. ſi ignorantia malorum cauſa appellatur,
quod eſt in ſacris, neceſſariae ſint literae oportet, niſi
eſſe iam mali volumus. B. Premis me argutijs iſtis.
Caeterum ſi placet, deferatur lis oratoribus. Ego
meum producam: ſi victus ſim, tibi perpetuo
concinam in hac re: ſin vinco, paria te
agere aequum eſt. A. Accipio cō
ditionem, prodeat
accuſator.

¶ Pro equite contra literas.

SAepe hoc vſuuenit. P.C. vt qui cauſis idē
tidem praefuerunt, inciderunt aliquādo in
oratorem, qui negotij ſui materia primum
obiecta, ſtatim animos auditorū profliga
ret, poſtmodum vero nondum peracta ꝓbatione, ita
colligeret: vt nil magis porro laudarint, ꝙ quod initio
tantopere deprecabantur. Idem ego hodie facturus
ſum, nam cum dicendorum ſummam ꝓpoſuero per-
turbabo vos, ſat ſcio, aſpectu nouae rei, verum cum ꝓ
ceſſero paululū, et Sileni huius myſteria reſeraro, nō
dubito, quin in ſententiam meam volētes maxime di-
ſcedatis. qua in re exēplum ſtabilietis viri, vt alia mul
ta quae vſu inueterata diu ſunt, bonorum virorum cō
ſilijs extirpentur: quae nunc ſtare, ne quid vos nouita
te rei offendant, ſinunt: nō tam ad rem iniquā conniuē
tes, ꝙ temporis occaſionem expectantes. Probatu-
rus ergo nūc ſum, literas equitem, quod hominum
voce celebratur, Valētiae nō decere. Hoc ſi paululū
attenditis, ita rationibus veriſſimis euincetur: vt nil
certius eſſe contendatis. Primum ſi literarum ſpecta
mus vtilitatem, inueniemꝰ homini nil eſſe hac peſte ꝑ
nicioſiꝰ, nam et corpori capitales ſubinde morbos pa
rit, et animi tranquilitate adempta, cogit periculoſi-
ſiſſimis rebus intendere. adde quod cum in vita ſecuri
tate nil melius ſit, hae faciunt, vt ſoliciti viuamus: nūc
noſtra plus nimio promouere cupientes, nunc alienis
inſidiantes, deniqꝫ ſemper id agimus, vt negotiis va-
rijs inuoluamur, dū nos literarū cognitione oſtētare,
et carius ſaepe vēdere ſtudemꝰ. q̄ res multo aliter ha-
bere ſolet in eo, qui nil immiſit in mentē, nā hic corpo
reis exercitijs occupatus, nō angitur, ſed perpetuus

in eo eſt, quod manibus verſat, quo peracto conquieſ
cit, vt iure prouerbio celebretur, in nil ſapiendo vitam
eſſe iucundiſſimam. Etenim vt in coenobijs qui tran,
quillitatem amant, principatus fugiũt: ita qui pertur
bari nolit, in animi ſui penetralia obſtreperã literarũ
moleſtiam non admittet: alioqui aeſtuare ſubinde co,
getur, ac varijs fluctib⁹ negotiorũ agitatus, iacturã
ſaepe mentis faciet, ne immergatur. Cuius rei exem,
pla experientia nobis crebro depinxit. nam eloquẽtia
olim Grachos illos maiorum ſtẽmate clariſſimos ab
ſorpſit. extinxit deinde eadẽ Ciceronẽ totius humanita
tis lumẽ. Philoſophia Socratẽ compulit in mortem.
Dialectica Sceleunũ abſtulit e numero viuẽtiũ, Ma
thematice Dionẽ, Muſica Lyceum, ſed quid exem,
pla antiquorũ perſequor, cum tot apud Germanos
Theologia in orcum mittat? ita ſaeuiat exitialiter, vt
tranſmittendis animis vno Charonte ſatis nõ ſit? Ad
dite quod monſtrũ hoc, quam appellant ſcientiam, vi,
res depaſcit, vorat meliora aetatis noſtrae tempora,
inducit varia morborũ genera, reddit homines inſolẽ
tes, moroſos, putidos, ſuffitũ illum lucernae plane re
dolentes, aliorũ cõtẽptores, negligẽtes ſui. Quid mul
ta? indignos, qui homines appellẽtur. Iã ſi facilitate
mouemur, quid eſſe poteſt literis difficilius? Noua
lingua paranda eſt, atq; in hac antiquorum nutibus
ſeruiendũ. ita ſuperſtitioſe, vt pedem e veſtigijs moue
re nõ liceat. o ſeruilem vitã. ex praeſcripto loqui cogor
quod illi libere pronũciabant, non integrũ eſt addere,
nõ verbum ſine graui ſcelere immutare. Continuo.n.
audio barbare dictum, noue dictum, ac non ſecus ꝙ ſi
qd in vita grauiſſime cõmiſſum ſit, traducor: penaſq;
ludibrio do. qd hoc queſo diſtat a tyrãnide, praefinire

ſermonē tot canonibus, ⁊ vltra ferri ne digito quidē licere: adimitur libertas, volūtati compedes iniiciunt lingua cogitur in anguſtū. Quid ergo hic non tyrannicū? Atqui neceſſitate inquis, trahor. Imo nulla eſt, quae te capeſſendis literis vrgeat, ſed ingēs, quae auocet, ac retrahat. praeſertim quod aliunde ſint mille viuēdi genera, quae vitam facilius multo alunt ac certius, ꝙ vllae literae. quam rem oculis intuemur, ſi qui dē plurimi agitādis cōmertijs, exercendiſqȝ opificijs eo perueniut: vt diſtētas pecunijs arcas poſſideāt, cuius aut raro: aut nil tale fieri literis videmꝰ. Imo quo quiſqȝ doctior eſt, hoc magis paupertate opprimitur. Praeterea honeſtiꝰ manuū labore viuimus, ꝙ mētis fraudibus, quas ſaepe literis cogimur intētare. Qđ ſi ingenio ſtudēdo deſtituimur, aut iam curſu peracto gratia, quid ſupereſt niſi vt cuculla victum emendicemus? Quod ipſum argumēto erit, ꝙ ſit parum tutū, vt interim taceam verſari eos in ꝓcliui, qui docti ſunt, vnde in haereſes facile dilabātur. Sed agite, concedamus literas decere: certe equiti viro non congruunt. Eques em̄ ex officio arma tractare debet, orphanos tueri, afflictis adeſſe, deſtitutos auxilio ſuſcipere, breuiter iniuriam ab eo, qui immerito afficiatur, propulſare. Tum ſi opus ſit, pro aris ac focis ſtrenue cōtendere. Quod ſi chartis voluēdis hūc operam dare cupias, nihilominus agas, ꝙ ſi aurifici calceos tradas ſuēdos. At pulchrū, inquis, in myſteria legis penetrare, pulchrum vocare in q̄ſtionē, eſto ſane: ſed hoc myſtae neceſſariū pene fuerit, equiti vero ineptū, ac prodigioſum. Peſſime ordines ac ſexus cōfundūtur. portentoſa res eſt foemina literis imbuta, ſed eadem acū tractans, conſpicabilis. Idem quoqȝ de equite dicen

dum. nam quod quidã Germaniam opponunt, vbi Marchiones, Duces, denique viri primarij literis ſe paſſim onerant, ridicule certe faciũt, neque magis probant, quam ſi contẽderent ſimili argumento, Valentinas foeminas diadematis illis ac mitris inſigniẽdas eſſe, propterea quod apud Germanos, nobiliores ita comant. Ego ſapientiã ſummã ſemper viri exiſtimaui loco ſeruire, qui vero aliter ſentit, mecum non ſentit: qui huius rationẽ non habet, rationẽ quoque non habere neceſſe eſt. Quid quod equeſtris ordo obtorpeſcere literis ſolet, cuius rei obuia ſunt experimenta? nam cũ Muſarũ antris innutriti diu ſunt, ſeceſſus amant, luce offenduntur, occurſus vitant. profitentur humanitatẽ cũ, nil ſit immanius. ſi quando loqui cõtigit, ſiue id agãt cũ plebeio, ſiue cũ foemina, verba miſcent, latina, non dico quam apta, certe obſcuriora, arbitrati fore, vt ea re in precio magis ſint, quod minus intelligantur. Praeterea cultu nihil eſt turpius, nihil ſordidius, ita vt ſi aliquãdo precioſius veſtiãtur, nõ poſſint tamẽ philoſophicũ neglectũ vitare. Taceo interim ſuperciliũ, nil dico de arrogantia, quas virtutes cũ literis imbiberunt, tantum addam nihil eſſe in huiuſmodi hominibus, quod dignitati eorum reſpondeat. Sed agite ſi placet, nulla haec omnia ſint, pulchrũ exiſtimemus literas callere, pulchrum equitem, quid ſupereſt? Certe intẽpeſtiuum nunc eſſe, cum armis omnia ferueãt. hoc negari non licet: imperator in caſtris eſt, quid ergo patricij domi vt deſideant? Ille enſem pro noſtra omniũ ſalute ſtringit, nos in animi ſolatium libros verſabimus? Illi tantum curae et negotij, nobis otij et ſecuritatis? O facinus turpiſſimũ. Pudeat, pudeat ingenuum virum haec dicere, quae ne cogitare quidem, ſine gra

Franciſci Decij Valentini